Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31476
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

119

ubi: nec habent quod
manducarent: con
vocatis discipulis a
ut illis. Misereor super
turbam quia ecce iam
triduo sustinent me
nec habent quod manducent. Et si dimisero
eos ieunos in domum
suam: deficient in via.
Quidam enim ex eis
de longe venerunt. Et
ait eis discipulus
eius. Unde istos hic
quis potest satiare
panibus in solitudine.
Et interrogavit eos.
Quot panes habetis.
Qui dixerunt. Septem.
Et precepit turbe di
scumbere super terram.
Et accipiens septem
panes gratias agens
fregit: et dabat dis
cipulis suis ut appo
nerent. Et apposue
runt turbe. Et ha
buerunt pisciculos
paucos: et ipsos bene
dixit et iussit apponi. Et manducaverunt et saturati sunt.
Et sustulerunt quod
superaverat de fragmentis septem sportas. Erant autem q
manducaverunt quasi
quattuor milia et
dimisit eos. Credo.
Sicut in ho. Offertorium. Sanctum et terribile nomen eius et sicut in mihi
angustiis pugnavi sic fiat sacrificium nostrum in